



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Quæ, & quot sint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

AD PRIMUM ergo dicendum, qd dona excedunt communem perfectionem virtutum, non quantum ad genus operum eo modo, quo consilia precedunt precepta: sed quantum ad modum operandi, secundum quod mouetur homo ab altiori principio.

AD SECUNDUM dicendum, qd p virtutes theologicas, & morales non ita pficitur homo in ordine ad vltimū finē, quin semper indigeat moueri quodā superiori instinctu Spiritus sancti, ratione iam dicta.

In corp. art.

AD TERTIUM dicendum, qd rōni humanae non sunt oīa cognita, neque omnia possibilia, siue accipiat ut perfecta pfectione naturali: siue accipiat ut perfecta theologica virtutibus. vnde non potest quantum ad omnia repellere stultitiā, & alia huiusmodi, de quibus ibi fit mentio: sed ille, cuius scientiā & potestati omnia subiunguntur, sua motione ab omni stultitiā & ignorantia, & hebetudine, & duritia, & ceteris huiusmodi nos tutos reddit: & ideo dona Spiritus sancti, quae faciunt nos bene sequentes instinctum ipsius, dicuntur contra huiusmodi defectus dari.

ARTICVLVS IIII.

Utrum dona Spiritus sancti sint habitus.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, qd dona Spiritus sancti non sint habitus. Habitus enim est qualitas in homine manens. est. n. qualitas difficilis mobilis, ut dicitur in praedicamentis: \* sed proprium Christi est qd dona Spiritus sancti in eo requiescant, ut dicitur Isa. 11. Et Ioan. 1. dicitur. Super quem uideris Spiritus descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat. Quod exponens Greg. in 2. Moral. \* dicit. In cunctis fidelibus Spiritus sanctus uenit: sed in solo Mediatore semper singulariter permanet. ergo dona Spiritus sancti non sunt habitus.

In praedic. qualitat. nō lege a princip. tom. 1.

Es. 4r. post med. & 42.

Artic. 1. & 2.

¶ 1. Præ. Dona Spiritus sancti perficiunt hominem, secundum quod agitur a Spiritu Dei, sicut dictū est: \* sed in quantum homo agitur a Spiritu Dei, se habet quodāmodo ut instrumentū respectu eius: non autē conuenit ut instrumentū perficiatur per habitū, sed principale agens. ergo dona Spiritus sancti non sunt habitus.

¶ 2. Præ. Sicut dona Spiritus sancti sunt ex inspiratione diuina, ita donum prophetiæ: sed prophetia non est habitus: non enim Spiritus prophetiæ adest prophetis semper, ut Greg. dicit in 1. Hom. Ezech. \* ergo neque etiam dona Spiritus sancti sunt habitus.

Aliquantulum a princip. & li. 3. mora. 6. 41.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit discipulis de Spiritus sancto loquens, Ioan. 14. Apud uos manebit, & in uobis erit. Spiritus autem sanctus non est in hominibus absque donis eius: ergo dona eius manent in hominibus. ergo non solum sunt actus, vel passiones, sed etiam habitus permanentes.

Artic. 1.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictū est, \* dona sunt quaedam perfectiones hominis, quibus disponitur ad hoc, qd homo bene sequatur instinctū Spiritus sancti. Manifestū ē autē ex supradictis, \* qd virtutes morales perficiunt vim appetitiuā, sicut qd participat aliquantū rationē, in quantum s. nata est moueri per imperium rationis. Hoc igitur modo dona Spiritus sancti se habent ad homines in cōparatione ad Spiritum sanctū, sicut virtutes morales se habent ad vim appetitiuā in cōparatione ad rationē. Virtutes autē morales habitus quidā sunt, quibus uires appetitiuæ disponuntur ad prompte obediendam rationi: vnde & dona Spiritus sancti sunt quidam habitus, quibus hō perficitur ad prompte obediendū Spiritus sancto.

q. 8. ar. 1. & 9. 56. ar. 4.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd Greg. \* ibidem soluit dicens, qd in illis donis, sine quibus ad uitā perueniri non potest, Spiritus sanctus in electis omnibus semper manet: sed in aliis non semper manet. Septem autē dona sunt necessaria ad salutē, ut dictū est: \* vnde quātū ad ea Spiritus sanctus semper manet in sanctis.

AD SECUNDUM dicendum, qd rō illa procedit de instrumento cuius non est agere, sed solum agi. tale autem instrumentū non est homo, sed sic agitur a Spiritus sancto, quod etiam agit in quantum est liber arbitrii: vnde indiget habitu.

AD TERTIUM dicendum, qd prophetia est de donis, quae sunt ad manifestationem Spiritus, non autē ad necessitatem salutis. unde non est simile.

ARTICVLVS IIII. Utrum conuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur. In illa enim enumeratione ponuntur quatuor pertinentia ad virtutes intellectuales, scilicet sapientia, intellectus, scientia, & consiliū, quod pertinet ad prudentiam: nihil autem ibi ponitur, quod pertineat ad artem, quae est quinta virtus intellectualis: similiter etiā ponitur aliquid pertinens ad iustitiam, scilicet pietas, & aliquid pertinens ad fortitudinē, scilicet fortitudinis donum. nihil autem ponitur ibi pertinens ad temperantiam. ergo insufficienter enumerantur dona.

¶ 1. Præ. Pietas est pars iustitiæ: sed circa fortitudinē non ponitur aliqua pars eius, sed ipsa fortitudo. ergo non debuit poni pietas, sed ipsa iustitia.

¶ 2. Præ. Virtutes theologicae maxime ordinantur ad Deū. Cū ergo dona perficiant hominem secundum quod mouetur a Deo, videtur quod debuissent poni aliqua dona pertinentia ad theologicas uirtutes.

¶ 3. Præ. Sicut Deus timet, ita et amat, & in ipsum aliquis sperat, & de eo delectatur: amor autē, spes, & delectatio sunt passiones cōdiuinae timori. ergo sicut timori ponit donū, ita & alia tria debent poni dona.

¶ 4. Præ. Intellectui adiungitur sapientia, quae regit ipsum, fortitudini autem consiliū, pietati uero caritas: ergo & timori debuit addi aliquod donum diuinum. inconuenienter ergo septem dona Spiritus sancti enumerantur.

SED IN CONTRARIUM est auctoritas Scripturae Isaia vndecimo.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictū est, \* dona sunt quidā habitus perficiētes hominem ad hoc, qd proprie sequatur instinctū Spiritus sancti: sicut uirtutes morales perficiunt uires appetitiuas ad obediendū rōni. Sicut autē uires appetitiuæ natae sunt moueri per imperiū rationis: ita oēs uires humanae natae sunt moueri per instinctum Dei, sicut a quadā superiori potentia: & ideo in oibus uiribus hominis, quae possunt esse principia humanorum actuum, sicut sunt uirtutes, ita etiā sunt dona. sicut in ratione, & in uires appetitiuas ratio autem est speculatiua, & practica, & in utraque consistit.

Super Quest. 68. Articuli quatuor.

In ar. 4. euulde 61. q. aduerte, qd author hoc in loco loquitur opinione, quod postmodū in 1. 2. 8. ar. 6. relinquitur: enim uult qd dicitur inspecta ad intellectū dilinguuntur pernes practici, & speculatiui: ubi uero in sed uult qd intellectus fit oīum penetratiuus, sapientia uero nū index p cam d. tūllimam: & similitera per caritas caritas (seu propas, & similitere cōdiuiniū applicatum ad opera, & hōs quere: quia diuinitas est ingent.

Super

pp. 10.

ARTICVLVS V.

Utrum dona Spiritus sancti sint connexa.

consideratur apprehensio veritatis, quae pertinet ad A inuentionem, & ad iudicium de veritate. Ad apprehensionem igitur veritatis speculatiua ratio per intellectum, practica vero per consilium. Ad recte autem iudicandum speculatiua quidem per sapientiam, practica vero per scientiam perficitur. Apetitiua autem virtus in his quidem quae sunt ad alterum, perficitur per pietatem: in his autem quae sunt ad seipsum, perficitur per fortitudinem contra timorem periculorum: contra concupiscentiam uero inordinatam delectabilem per timorem, secundum illud Prouer. 16. In timore Domini declinat omnis a malo. Et in Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. Et sic patet, quod haec dona extendunt se ad omnia, ad quae se extendunt virtutes tam intellectuales, quam morales.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dona Spiritus sancti perficiunt hominem in his, quae pertinent ad bene viuendum, ad quae non ordinatur ars, sed ad exteriora factibilia: est enim ars ratio recta non agibilia, sed factibilem, ut dicitur in 6. Ethico, \* Potest tamen etiam dici, quod quantum ad infusionem donorum, ars pertinet ad Spiritum sanctum, qui est principaliter mouens, non autem ad homines, qui sunt quaedam organa eius dum ab eo mouentur. Temperantiae autem respondet quodammodo donum timoris, sicut enim ad virtutem temperantiae pertinet secundum eius propriam rationem, ut aliquis recedat a delectationibus prauis propter bonum rationis: ita ad donum timoris pertinet, quod aliquis recedat a delectationibus prauis propter Dei timorem.

AD SECUNDUM dicendum, quod nomen iustitiae imponitur a rectitudine rationis, & ideo nomen virtutis est conuenientius, quam nomen doni: sed nomen pietatis importat reuerentiam, quam habemus ad patrem, & ad patriam. Et quia pater omnium Deus est, etiam cultus Dei pietas nominatur, ut August. dicit 10. de ciui. Dei. \* & ideo conuenienter donum, quo aliquis propter reuerentiam Dei bonum operatur ad omnes, pietas nominatur.

AD TERTIUM dicendum, quod animus hominis non mouetur a Spiritu sancto, nisi ei secundum aliquem modum vnatur: sicut instrumentum non mouetur ab artifice, nisi per contactum, aut per aliquam aliam vnionem. Prima autem vnio hominis est per fidem, spem, & charitatem: unde istae virtutes praesupponuntur ad dona, sicut radices quaedam donorum. unde omnia dona pertinent ad has tres virtutes, sicut quaedam deriuationes praedictarum virtutum.

AD QUARTUM dicendum, quod amor, spes, & delectatio habent bonum pro obiecto: summum autem bonum Deus est. unde nomina harum passionum transferuntur ad virtutes theologicas, quibus anima coniungitur Deo. Timoris autem obiectum est malum, quod Deo nullo modo competit: unde non importat coniunctionem ad Deum, sed magis recessum ab aliquibus rebus propter reuerentiam Dei, & ideo non est nomen virtutis theologicae, sed doni quod eminentius retrahit a malis, quam virtus moralis.

AD QUINTUM dicendum, quod per sapientiam dirigitur & hominis intellectus, & hominis affectus: & ideo ponuntur duo correspondentia sapientiae tanquam directiuo, ex parte quidem intellectus donum intellectus: ex parte autem affectus donum timoris. Ratio enim timendi Deum praecipue sumitur ex consideratione excellentiae diuinae, quam considerat sapientia.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod dona non sunt connexa. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 12. Alii datur per Spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem Spiritum: sed sapientia, & scientia inter dona Spiritus sancti computantur. ergo dona Spiritus sancti dantur diuersis, & non connectuntur sibi inuicem in eodem.

¶ 2. Prater. Aug. dicit in 14. de Trinit. \* quod scientia, non polleret fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide: sed fidem committitur aliquod de donis, ad minus donum timoris. ergo videtur quod dona non sint de necessitate connexa in vno, & eodem.

¶ 3. Prater. Greg. in 1. Moral. dicit, quod minor est sapientia, si intellectu careat: & valde inutilis est intellectus, si ex sapientia non subsistat: vile est consilium, cui opus fortitudinis deest: & valde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur: nulla est scientia, si utilitatem pietatis non habet: & valde inutilis est pietas, si scientiae discretionem careat: timor quoque ipse si non has virtutes habuerit, nullum opus bonae actionis surgit: ex quibus videtur quod vnum donum possit sine alio haberi. non ergo dona Spiritus sancti sunt connexa.

SED CONTRA est, quod ibidem \* Grego. praemittit dicens. Illud in Iob filiorum conuiuio perscrutandum videtur, quod semetipsos inuicem pascunt, per filios autem Iob, de quibus loquitur, significantur dona Spiritus sancti. ergo dona Spiritus sancti sunt connexa per hoc, quod se inuicem reficiunt.

RESPON. Dicendum, quod huius quaestionis veritas de facili ex praemissis potest haberi. Dicitur \* est enim supra, quod sicut vires appetituae disponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimen rationis: ita omnes vires animae disponuntur per dona in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem. Spiritus autem sanctus habitat in nobis per charitatem, sicut illud Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. sicut & ratio nostra perficitur per prudentiam. unde sicut virtutes morales connectuntur sibi inuicem in prudentia, ita dona Spiritus sancti connectuntur sibi inuicem in charitate, ita scilicet quod qui charitatem habet, omnia dona Spiritus sancti habet, quorum nullum sine charitate haberi potest.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sapientia, & scientia vno modo possunt considerari, secundum quod sunt gratiae gratis datae, prout scilicet aliquis abundat in tantum in cognitione rerum diuinarum, & humanarum, ut possit etiam fideles instruere, & aduersarios confundere: & sic loquitur ibi Apostolus de sapientia, & scientia, unde signanter fit mentio de sermone sapientiae, & scientiae. Alio modo possunt accipi prout sunt dona Spiritus sancti, & sic sapientia, & scientia nihil aliud sunt, quam quaedam perfectiones humanae mentis, secundum quas disponuntur ad sequendum instinctum Spiritus sancti in cognitione diuinorum, uel humanorum, & sic patet quod huiusmodi dona sunt in omnibus habentibus charitatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod Aug. loquitur de scientia, exponens praedictam auctoritatem Apostoli: unde loquitur de scientia praedicto modo accepta, secundum quod est gratia gratis data: quod patet ex hoc, quod subdit. Aliud enim est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipsam vitam beatam, quae non nisi aeterna est: aliud

autem

2. q. 19. art. 4. co. Et 3. q. 7. art. 3. ad 3. Et 3. di. 36. art. 3. Et uir. q. 5. art. 2. ad 7. Et 1. cor. 13.

\* lib. 14. de Tri. cap. 1. a medio, to. 3.

Cap. 12. circa medium.

Li. 1. Moral. cap. 38. circa medium.

Art. 3. huius quest.

dem fol... a per... omni... i. Septem... f. vnde... dit de... itur a Sp... libertat... de donis... in aut... Quae... uili quae... euidet... re, q... in loco... monio... in 2. q... linq... ille q... ad me... gnan... tici, &... tibi uer... q. in... um por... sapient... x p. am... & sim... cantas... prop... & co... plicat... a, & ho... quia di... geant... 4. Sept... ortitud... tud. et... inane... sem se... uiffent... virtutes... in ip... it, spes... ergo sic... omni don... qua reg... i uero... nom d... na Spirit... Scriptur... \* dona... q. prop... ures mo... endu r... oueri p... e sunt... periori... ae poss... sunt u... appetit... in utraq... confide...